

Idcirco sicut propriū alijs nō potest cōcedere: ita nec sibi  
peculiū vllatenus vsurpare. Distribuat singulis necessa-  
ria: nulli vero cōcedat. nec sibi quidē supflua. Monachi  
em̄ habentes victū tenuem. et vestitū simplicē: his debēt  
esse cōtenti. In dandis autē necessarijs illa semp cōside-  
ratio habenda est: ut q̄ plus indiget amplius accipiat:  
et nemo qui paucis contentari potest. de hoc murmuret.  
Illis autē q̄ in diuersis monasterij officijs cōstituti sunt.  
abbas necessaria quelibet potest cōcedere: eosq̄ ad red-  
dendā rationē suo ipe obligare. Nec tamen propriū sibi mo-  
nachi quicq̄ eorū existiment que ratione administrationis  
possident: cū ad cōmunitatē cenobij vel ecclesie om̄ia p̄ti-  
neāt. Quācūq̄ em̄ administrationē monachus habuerit:  
propriū aliq̄d possidere phibetur. Nā et ipe abbas cū mo-  
nachus sit vouit et p̄misit paupertatē ex regula: et idcirco  
nihil sibi propriū poterit vendicare. Si autē propriū sibi vsur-  
pauerit: regulā violauit. Neq̄ dicat abbas suū aliq̄d. nō  
codex meus. nō ager. non villa. non census: sed si tale aliq̄  
quid cum coram hominibus dicere oporteat: noster nō  
meus dicat. E tē cū res monasterij cōmunitatis sint. et  
cōmunitas p̄su p̄ponit multos: nulli videatur ridiculū: si  
monachus aut abbas singularis p̄sona dixerit nostrum.  
Ad cōmunitatem dicti sermonis refertur intentio. Neq̄  
puerilia sunt hec: que sanctos patres antiquissimos tam  
studiose constat obseruasse: ut penitentia in transgresso-  
res p̄scriberent. Euidens nāq̄ in abbate supbie signū est  
si suū aliq̄d dicere frequenter cōsuescat. Sicut em̄ abbatē  
castitatis violasse votū turpissimū ē: ita si propriū aut ipe ha-  
buerit aut indulserit monachis dānabile. Abbas itaq̄  
qui peculiū monacho preter administrationē cōcesserit:  
p̄uaricatore m se monastice regule ostēdit. Nec vllomō ex-  
cusat p̄rietarios ficta illa resignacō: qua in plerisq̄ mona-  
sterijs clauis in cena dñi ponūt ad pedes abbatis: aio ad-  
dimittedū peculiū nequaq̄ resigno. Quid ista simulatio?  
Putas ne monache viciū p̄rietatis te posse effugere: si cla-  
ues peculij tui ad pedes abbatis itez̄ repetēdas posueris?